



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

10. Vtrum possit iterari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

Ius dicebat primus Corin. 15. Non sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei. AD TERTIUM dicendum, quod illa tempora praesiguntur paenitentibus, quantum ad actionem exterioris paenitentiae.

ARTICVLVS IX.

Vtrum paenitentia possit esse continua.

AD NONVM sic proceditur. Videtur, quod paenitentia non possit esse continua. dicitur enim Hier. 31. Quicquid tua ploratu, & oculi tui a lacrymis: sed hoc esse non potest, si paenitentia continetur, que consistit in ploratu & lacrymis. ergo paenitentia non potest continuari.

¶ 2 Præter. De quolibet bono opere debet homo gaudere, secundum illud Psl. 99. Seruite domino in letia, sed agere paenitentiam est bonum opus. ergo de hoc ipso debet homo gaudere: sed non potest hoc simul gaudere & tristari, ut patet per Philosophum in Ethicis. ergo non potest esse, quod paenitens continua tristetur de peccatis præteritis, quod pertinet ad rationem paenitentiae. ergo paenitentia non potest esse continua.

¶ 3 Præter. Secundum ad Corin. 2. Apost. dicit, Consolamini, ilicet paenitentem, ne forte abundantior tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est: sed consolatio depellit tristitiam, que pertinet ad rationem paenitentiae. ergo paenitentia non debet esse continua.

SED CONTRA est, quod Augustinus * dicit in libro de paenitentia, dolor in paenitentia continue custodiatur.

RESPON. Dicendum, quod paenitere dicitur dupl. secundum actum & secundum habitum. Actu quidem impossibile est, quod homo continua paeniteat: quia necesse est, quod actu paenitentie siue interior, siue exterior, interponatur ad minus somno, & aliis, que ad necessitatem corporis pertinent. alio modo dicitur paenitere secundum habitum. & sic oportet, quod homo continue paeniteat, & quantum ad hoc, quod homo numquam aliquid contrarium paenitentia faciat, per quod habitualis dispositio paenitentis tollatur, & quantum ad hoc, quod debet homo in proposito gerere, quod semper sibi præterita peccata displiceant.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ploratus & lacrymæ ad actum exterioris paenitentiae pertinent, qui non solum non debet esse continuus, sed nec etiam oportet, quod duret usque ad finem uitæ, ut dictum est. * unde & signanter ibi subditur, quia ei merces operi tuo est autem merces operis paenitentis, plena remissio peccati, & quantum ad culpam & quantum ad poenam, post cuius consecutionem non est necesse, quod homo ulterius exteriorem paenitentiam agat: per hoc tamen non excluditur continua paenitentia, qualis dicta est.*

AD SECUNDVM dicendum, quod de dolore, & gudio dupl. loqui possumus. uno modo, secundum quod sunt passiones appetitus sensitivi. Et hunc modo possunt esse simul, eo quod sunt omnino contraria, vel ex parte obiecti (puta cum sine de eodem) vel saltem ex parte motus cordis: nam gaudium est cum dilatatione cordis, tristitia vero cum constrictione. & hoc modo loquitur philosophus * in 9. Ethicorum. alio modo possumus loqui de gudio & tristitia, secundum quod consistunt in simplici actu voluntatis, cui aliquid placet vel displiceret: & secundum hoc, non possunt habere

A re contrarietatem, nisi ex parte obiecti, puta cum sunt de eodem & secundum idem: & sic non possunt simul esse gaudium & tristitia, quia non potest simul idem secundum idem placere & displicere. Si uero gaudium & tristitia sic accepta, non sint de eodem secundum idem, sed uel de diuersis, uel de eodem secundum diuersa, sic non est contrarietas gaudii & tristitiae. unde nihil prohibet hominem simul gaudere & tristari: puta si uideamus iustum a flagi, simul placet nobis eius iustitia, & displiceret eius afflictio: & hoc modo simul potest illuci displicere, quod peccauit, & placere quod hoc ei displiceret cum ipse ueniat: ita quod ipsa tristitia sit materia gaudij. unde & Augustinus * dicit in lib. de penitentia, semper doleat penitens, & de dolore gaudeat. si tamen tristitia nullo modo compateretur sibi gaudium per hoc non tolleretur habitualis continuitas paenitentiae, sed actualis.

AD TERTIUM dicendum, quod secundum Philosphum * in 2. Ethic. ad uirtutem pertinet tenere medium in passionibus. Tristitia autem quæ in appetitu sensitivo paenitentis consequitur ex displicientia uoluntatis, passio quedam est: unde moderanda est secundum uirtutem, & eius superfluitas est uitiosa: quia inducit in desperationem: quod significat Apostolus ibidem dicens, ne maiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est, & sic consolatio, de qua ibi Apostolus loquitur, est moderativa tristitiae, non autem totaliter ablativa.

ARTICVLVS X.

Vtrum sacramentum paenitentiae debeat iterari.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur, quod sacramentum paenitentiae non debeat iterari. dicit enim Apostolus Heb. 6. Impossible est eos, qui semel sunt illuminati, & gustauerunt celeste donum, & participes sunt facti spiritus sancti, & prolapsi sunt, renouari rursus ad paenitentiam: sed quicumque penituerunt, sunt illuminati, & acceperunt donum spiritus sancti. ergo quicunque peccat post paenitentiam, non potest iterato paenitere.

¶ 2 Præterea. Ambros. * dicit in lib. de paenitentia: reperiuntur qui saepius agendam paenitentiam putant, quiliux uiriantur in Christo. nam si uere paenitentiam agerent, iterandam postea non putarent: quia sicut unum est baptisma, ita una est paenitentia; sed baptisma non iteratur. ergo nec paenitentia.

¶ 3 Præterea. Miracula, quibus dominus infirmitates corporales sanavit, significant sanationes spiritualium infirmatum, quibus scilicet homines liberantur a peccatis: sed non legitur quod dominus aliquem cecum bis illuminauerit, uel quod aliquem leprosum bis mundauerit, aut aliquem mortuum bis suscitauerit. ergo uidetur, quod nec alicui peccatori bis per paenitentiam ueniam largiatur.

¶ 4 Præterea. Greg. * dicit in Ho. Quadragesimæ, paenitentia est, anteacta peccata deflere, & flenda iterum non committere. & Isido. ¶ dicit in libro de summo bono. Irritor est & non penitens, qui adhuc agit quod paenitet. si ergo aliquis uere paenitcat, non iterum peccabit. ergo non potest esse, quod paenitentia iteretur.

¶ 5 Præterea. Sicut baptismus habet efficaciam ex passione Christi, ita & paenitentia: sed baptismus non iteratur propter unitatem passionis & mortis Christi. ergo pari ratione nec paenitentia iteratur.

¶ 6 Præterea. Ambr. * dicit, quod facilitas uenientia, Hoc ha-
uum

in li. de vera
& falsa pen.
c. 1. f. 10. 4.
li. 2. ex c. 3.
9. & 9. habe-
ri pot. to. 5.

in li. 1. de p6
ni. c. 10. pot.
mc. ro. 1.

Ho. 34. in e-
uangel. pot.
mc. illius.
li. 2. cap. 1. in
prin. & he-
rit. de pa-
nid. 3. c. 1. tri-
pot. 10. 1.

QVAEST. LXXXV.

pet Ambro.
ser. 8. psal.
118. an. med.
10. 4. receri
23. cap. q. 4.
cap. lxx. inu-
ita. & dict.
Etsi Ambr.

uum præbet delinquendi. si ergo Deus veniam fre-
quenter præbet per poenitentiam, videtur quod ipse ho-
minibus præbeat in centrum delinquendi. Et sic vi-
deretur delectari in peccatis, quod eius bonitati non
congruit. non ergo potest poenitentia iterari.

SED CONTRA est, quod homo inducitur ad misericordiam exemplo diuinæ misericordie, secundum illud Luc. 6. Estote misericordes, sicut & pater vester misericors est: sed dominus hanc misericordiam discepulis suis imponit, ut saepius remittant fratibus contra se peccantibus. unde sicut dicitur Matth. 18. Petro querenti, Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei, vique septies? respondit Iesus, Non dico tibi vique septies, sed vique septuagies septies: ergo etiam Deus saepius per poenitentiam veniam pec-
cantibus præbet, preterim eum docet nos petere, Dimitte nobis debita nostra; sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

RESPON. Dicendum, quod circa poenitentiam qui-
dam errauerunt, dicentes non posse hominem per
poenitentiam secundum consequi veniam peccatorum:
quorum quidam, scilicet Novatiani hoc in tantum
extenderunt, ut dicentes post primam poenitentiam,
qua agitur in baptismo, peccantem non
posse per poenitentiam iterato restituiri. Alii vero fu-
runt haeretici (vt Augustinus dicit*) in lib. de peni-
tentia, qui post baptismum dicebant quidem es-
se vtilem poenitentiam, non tamen plures, sed
semel tantum. Videntur autem huiusmodi er-
rores ex duobus processisse. Primo quidem ex
eo, quod errabant circa rationem veræ peniten-
tiae. Cum enim ad veram poenitentiam charitas
requiratur (sine qua non delentur peccata) creden-
t, quod charitas semel habita non possit am-
mitti, & per consequens poenitentia si sit vera,
numquam per peccatum tollatur, ut si sit ne-
cessariae eam iterari: sed hoc improbatum est * in se-
cunda parte, ubi ostensum est, quod charitas se-
mel habita propter libertatem arbitrij potest am-
mitti, & per consequens post veram poenitentiam,
potest aliquis peccare mortaliter, secundò ex eo,
quod errabant circa estimationem grauitatis pecca-
ti: putabam enim adeo graue esse peccatum, quod
aliquis commitit post veniam impetratam, quod
non sit possibile ipsum remitti. In quo quidem erra-
bant, & ex parte peccati (quod etiam post remissio-
nem consecutam, potest esse, & gravius & leuius,
quam fuerit primum peccatum remissum) & mul-
to magis contra infinitatem diuinæ misericordiæ,
qua super omnen numerum, & magnitudinem
peccatorum, secundum illud Psal. quinquefimi. Mi-
serere mei Deus secundum magnam misericor-
diam tuam, & secundum multitudinem miserationum
tuarum dele iniuriam meam. unde repro-
batur verbum Cain, dicentis Gen. 4. Maior est ini-
quitas mea, quam ut veniam merear: & ideo miseri-
cordia Dei peccantibus, per penitentiam veniam pra-
bet absque ullo termino: unde dicitur 2. Para. vlt. Im-
mensa, & inestigabilis misericordia promissionis
tuæ super malitiam hominum. unde manifestum
est, quod poenitentia plures est iterabilis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quia apud
Iudeos erat secundum legem quedam lauacra insti-
tuta, in quibus plures se ab immunitijs purgabant,
credebat aliqui Iudeorum, quod etiam per lauacrum
baptismi aliquis plures purificari posset. Ad quod ex-
cludendum, Apostolus scribit Hebreis, quod impossi-
bile est eos, qui semel sunt illuminati, scilicet per ba-
ptismum, rursum renouari ad poenitentiam, scilicet

ARTIC. I.

F per baptismum, qui est lauacrum regenerationis, &
renouationis Spiritus sancti, ut dicitur ad Tit. 3. Et ra-
tionem assignat, ex hoc, quod per baptismum ho-
mo Christo commoritur, unde subditur, rursus cru-
cifigentes submetipsis filium Dei.

A D S E C U N D U M dicendum, quod Ambr. lo-
quitur de poenitentia solenni, que in ecclesia non ite-
ratur, ut infra dicetur.

A D T E R T I U M dicendum, quod sicut Aug. * di-
cit in lib. de poenitentia, multos cacos & in diuerso
tempore dominus illuminavit, & in multis debiles con-
firmavit, ostendens in diuersis illis eidem saepe pec-
cata dimitti: ut quem prius sanauit leprosum, alio te-
mpore illuminaret cœcum: ideo enim tot sanauit cacos
claudos, & aridos, ne desperet de se peccator. ideo
non scribitur aliquem nisi semel sanasse, ut quilibet
timeat iungi peccatum medicum se vocat, & non san-
nis, sed male habentibus opportunum. sed qualis
hic medicus, qui malum in iteratum nesciret curare?
medicorum est centies infirmum, centies curare: q
ceteris minor esset, si aliis possilita ignoraret.

A D Q U A R T U M dicendum, quod paenitentia est ante
acta peccata deflere, & flenda non committere, scilicet
similiter duntur, vel actu vel proposito. Ille enim
est irrisor & non paenitens, qui simili dum penitit,
agit quod paenitit, vel proponit iterum se facturum
quod gestit, vel etiam actualiter peccat eodem vel
alio genere peccati. Quod autem aliquis postea pec-
cat, vel actu vel proposito, non excludit quin prima
paenitentia uera fuerit: numquam enim ueritas
prioris actus excluditur per actum contrarium sub
sequenter: sicut enim uere eucurrat, qui postea se-
det, ita uere paenitit, qui postea peccat.

A D Q U I N T U M dicendum, quod baptismus habet
uirtutem ex passione Christi, sicut quedam spiri-
tualis generatio cum spirituali morte precedens
uita. Statutum autem est hominibus semel mori, &
semel nasci: & ideo semel tantum debet homo bapti-
zari: sed paenitentia habet uirtutem ex passione Chri-
sti, sicut spiritualis medicatio, qua frequenter ita
potest.

I
A D S E X T U M dicendum, quod secundum Augu-
stini * in libro de paenitentia, constat Deo mul-
tum displicere peccata, qui semper presto est
ea destruere, ne solvatur quod creavit, nec cor-
rumpatur, quod amavit, scilicet per desperationem.

QVAESTIO LXXXV.

*De sacramento paenitentiae secundum quod est uirtus,
in sex articulos divisa.*

D E INDE considerandum est de paenitentia, se-
cundum quod est uirtus.
E T C I R C A hoc quaruntur sex.
¶ Primò, Vtrum paenitentia sit uirtus.
¶ Secundò, Vtrum sit uirtus specialis.
¶ Tertiò, sub qua specie uirtutis contineatur.
¶ Quartò, De subiecto eius.
¶ Quintò, De causa ipsius.
¶ Sextò, De ordine eius ad alias uirtutes.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum paenitentia sit uirtus.

A D PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod paen-
itentia non sit uirtus. Paenitentia enim est quod-
dam sacramentum aliis sacramentis connumeratu-
rum.

in lib. de ue-
ra, & falla
pan. c. 5. nō
longe a pri-
oriom.

ut